

hecesse cypriano. Hum quio non
erat ecclesia quia talis per omnia
consuetudo tenebatur · ut bapti
mum xpi · non nisi xpi baptismus
haberetur · etiam si apud hereticos
uel schismaticos datus fuisse pro
baretur. Quod si erat etiam tunc
ecclesia & heredites xpi non inter
rupta perierat. sed per omnes gen
tes augmenta capiens permanebat.
Titissima ratio est in eadem consu
etudine permanere · quae tunc bo
nos & malos una complexione por
tabat. Si autem non erat tunc eccle
sia quia sacrilegi heretici sine bap
tismo recipiebantur · & hoc uniuer
sali consuetudine tenebatur.
Unde donatus apparuit. de qua
terra germinauit. de quo mari
emersit. de quo caelo cecidit. Nos
traque ut diceretur coeperam · In eccle
siae communione securi sumus.
per cuius uniuersitatem hunc id
agitur · quod & ante agrippinum.
& inter agrippinum & cyprianum.
per eius uniuersitatem similiter
agebatur. & cuius uniuersitatem
hec agrippinus deserunt. neque
cyprianus. hec ei illi quies consen
serant quam ut aliter quam ceteri
saperent. Sed cum eis ipsis a quibus
diuersa senserunt · In eadem unita
tis communione manserunt. ipsi
autem considerent ubi sint · qui
neque unde propagati sint possunt
dicere. Si iam tunc ecclesiam recep
ti sine baptismo heretici & schisma
tici · communionis contagione
perdiderant. hec · ipsi cypriano
consentiunt. Ille enim cum recep
toribus hereticorum & schismati
corum. hac per hoc cum etiam ip
sis receptis manere se in communi
one professus est. Isti autem prop
ter nomen traditorum quos in
africa infamauerunt · & intra
marino iudicio non conuicerunt
se a orbis terrarum communione
separarunt. Cum etiam si uera
crimina obicerent · multo sunt
maiora scelera heresum & schisma
tum · Unde sine baptismo · sicut

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BSB Bayerische StaatsBibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bayerische Staatsbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bsb_clm21218/0052